

magnam quae nunc antiochia nominat.
 Magnam autem uocat ad distinctionem.
 in orientem. quae appellatur epiphania.
 Unde usque hodie pergentibus mesopotamiam.
 prima mansio uocatur emath. Corrupto quidem uocabulo.
 sed pristini nominis uestigia retinens.
 cuius regio appellatur reblacha.
 In qua praesente nabuchodonosor regis iudeae.
 sedechiae interfecit filium oculi illius excaecati.
 & descendite inquit in gessu phalastinorum.
 uos qui habitatis in monte sion. & in monte samariae.
 descendite ad palestinos qui morantur in campesribus.
 & ad optima quaeque regna harum.
 quae diuersis ciuitatibus subiacent. gazae. & aschalonis. azoti. accharron.
 & gessu. & iudae. silatior terminus eorum.
 termino uero sit. Utrum uos an illi maiores obtineatis prouincias.
 uos inquam uos depopulo isrl. qui separati estis in diem malum.
 In die iudicis & captiuitatis. & ad propinquatis solio iniquitatis.
 ad iniquum iudicem pergitis regem babilonium.
 qui cum haec passus sit. Nunc dormitis in lectis eburneis. & laeuatis in lectis mollibus.
 ut somno libidinem copuletis. qui comeditis non ad repellendam famem.
 & ad sustentandum corpus humanum. sed ad delicias atque luxuriam.
 ut quicquid in gregibus & in armentis.

tenerum & pinguae. estur & gulae parcat. quibus non sufficit libido poemis & guttoris.
 & aestuans cuius aqualiculus. Nisi ciborum. & palteru. & btrac. canicis. duresuras mulceatis.
 ut quod dauid fecit in cultum di. leuitarum ordines & organorum repperiens uarietas.
 uos ad uoluptatem & luxuriam conferatis. & bibitis in fialis uinum non ad satietandam sitim.
 sed ad opprimendum animum. & ungunt non ad luores corporis mitigandos oleo purissimo.
 sed ungentis praetiosissimis. Cumque his dilicis affluatis. si quos uideritis perire depopula.
 Nulla misericordia super eorum interfecionem fletimini. sed contemnitatis quasi bruta animalia.
 & insuobestias cruore pereuntes. Hunc eundem sensum & iam hierzechiel propheta sub partorum ponit exemplo.
 qui comedunt lac de ouibus & uestuntur lanis. & quicquid primum est deuorant.
 & uulnerata non sanant. confracta non solidant. pereuntes non requirunt.
 Cuncta quae uixit historiae diximus ueritatem. secundum septuaginta interpretes.
 ad alligoris nubilum transferamus. Domus isrl. quae amere recessit. quae confidit.
 in monte samariae. quae eundem a sty primitias nationum. transiit & uide & perge ad muros plurimos.
 hoc enim interpretatur emath. rabba. atque inde dementer discende.